Decretum urbis et orbis,

quo alia additur indulgentia orationi ad s. Ioseph.

Sanctissimus dominus noster Leo Papa XIII summopere exoptans, ut erga sanctissimum patriarcham Ioseph B. Mariae virginis sponsum cultus impensius foveatur, eiusque praesentissimum patrocinium efflagitetur, his praesertim rerum publicarum adiunctis, quibus ob succrescentem in dies inimicorum audaciam Iesu Christi Ecclesia acrius oppugnatur, per literas encyclicas datas sub die 15 Augusti 1889 Marialibus precibus sanctissimi rosarii, quas mense integro Octobri ipsemet Sanctissimus recitandas alias decrevit, superaddendam indixit orationem ad sanctum Iosephum, quam praefatis literis adnexuit. Eadem porro Sanctitas sua quae singulis christifidelibus eandem orationem publicae rosarii recitationi per mensem Octobrem addentibus, indulgentiam septem annorum totidemque quadragenarum singulis vicibus acquirendam iam attribuit; in audientia habita die 21. Septembris 1889 ab infrascripto secretario s. congregationis indulgentiis sacrisque reliquiis praepositae *motu proprio* eidem orationi aliam indulgentiam, defunctis quoquo applicabilem, adiicere dignata est *dierum tercentorum* semel in die quovis anni tempore lucrandam ab universis christifidelibus, qui corde saltem contriti ac devote supramemoratam orationem etiam privatim recitaverint. Praesenti *in perpetuum* valituro absque ulla brevis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex secretaria eiusdem s. congregationis die 21. Septembris 1889.

Pro Emo ac Rmo Dno C. card. CHRISTOFORI, *praefecto.*

ALOISIUS card. episcopus SABINENSIS.

L. † S. Alexander episcopus Oensis, *secretarius.*

Vierzehnter Abschnitt. Heiligen- und Reliquien-Verehrung.

Nr. 207. De cultu ss. reliquiarum.

Etsi antiquae sanctorum reliquiae haberi debeant in honore, in quo hactenus habitae fuerunt, novae tamen aut ignotae nunquam recipiendae minusque venerationi sunt exponendae, nisi prius ab episcopo dioecesano iuxta sacrosancti concilii Tridentini ordinationem recognitae fuerint et approbatae. Quare deinceps nemo quantumvis exemptus ullas novas reliquias a quocumque oblatas vel undecumque acceptas publicae venerationi, sine expressa nostra aut nostri in spiritualibus vicarii licentia in scriptis obtenta, sub gravi poena arbitraria exponere praesumat.

Cum non solum in propria persona sua sancti sint honorandi, sed et in cadaveribus aliisque reliquiis suis (etenim sacra illa membra atque ossa viva quondam fuerunt spiritus sancti domicilia ac templa, ad quorum vel attactum vel intuitum maxima Deus edidit prodigia, quod utriusque testamenti exemplis perspicuum est), plane convenit, ut a christifidelibus honeste condantur pretiosisque loculis religiose conserventur.

Unde quo magis carpunt haeretici usum et venerationem sanctarum reliquiarum, eo concionatores, parochi ceterique, quotquot docendi munus

curamque sustinent, diligentius instruant populum de sanctorum intercessione utilique proinde et salutari invocatione atque religiosa sacrarum reliquiarum veneratione.

Eandem ob causam christifideles, et ut fidem suam profiteantur seque inter mundi huius illecebras et persecutiones ad similem vitae exitum accendant, sacra loca, ubi sanctorum corpora quiescunt, et reliquiae servantur, maiorum suorum exemplo, pie et frequenter visitent iisque, quem merentur honorem, impendant, ut in omnibus adversis eorum patrocinium tanto citius et efficacius obtinere mereantur, quanto eis per huiusmodi officia et obsequia affectu et spiritu facti fuerint viciniores.

Praelati, rectores aliique superiores ecclesiarum diligentissime curent, ut sanctorum martyrum et aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quae viva fuerunt membra Christi et templum Spiritus sancti ab ipso ad aeternam vitam suscitanda ac glorificanda, eorumque partes quantumvis minutae et reliquiae, ab omnibus sordibus ac pulveribus mundae, in vasis honestis seu capsulis occlusis, ne facile exinde extrahi possint, atque iuxta pontificalis praescriptum rite prius benedictis, locoque decente (non tamen in tabernaculo sanctissimi sacramenti aut in armario sacrarum vestium) pie diligenterque asserventur; ne item sacrilegiis aut furto expositae sint, neve vilescant ac sine cultu iaceant vel nimis irreligiose ab aliquibus tractentur.

Ad maiorem Dei et sanctorum cum eo regnantium gloriam necnon populi pietatem accendendam in festis sanctorum, quorum reliquiae elevatae, ornatae et decenter inclusae sunt, easdem in altaribus aut aliis aptis locis exponi decet; quin eas populo passim ostendi ac temere omnium oculis exponi nequaquam convenit et quidem extra capsas seu loculos nulla ratione ad servandam maiorem earum reverentiam. Si tamen vel ob magnam certorum festorum celebritatem vel ad populi devotionem excitandam vel ad Deum per intercessionem sanctorum suorum et repraesentationem sacrorum pignorum placandum reliquiae huiusmodi ostendendae videantur, iubemus, ut non a laicis, etiam cuiusvis dignitatis personis, sed a clericis sacris ordinibus initiatis, superpellicio ac desuper pluviali vel minimum stola, pro reliquiarum ecclesiae ratione, indutis, accenso lumine, ac sine quaestu omni exhibeantur; et in ostendendis iis ea gravitas, reverentia et pietas adhibeatur, quae fidem et religionem christianam praeseferat et intuentium animos ad omnem pietatem et reverentiam commoveat.

Quamdiu insignes reliquiae sacrae in altari vel alio loco erunt palam expositae, tamdiu candelae duae accensae ibidem colluceant, atque ad earundem custodiam semper adsit clericus maioribus initiatus ordinibus, et vitae morumque probitate commendatus et superpelliceo indutus: huius enim, non laici hominis opera ministeriove adhibito, licet christifidelibus pietatis et religionis causa rosaria seu numismata ad sacrarum reliquiarum capsulas loculosve admovere et attingere, vel aliquas sacras reliquias fidelibus osculandas porrigere.

In elargiendis sacris reliquiis haec ratio deinceps observetur, ut nemini donentur unquam, nisi ut loco sacro reponantur, maiore aut non minore saltem pietatis studio ibidem servandae, quam ubi ante servabantur; notabiles vero reliquiarum partes, ne ullus praelatus, rector ecclesiae aliusve superior extrahere, multo minus ex civitate et dioecesi nostra Coloniensi exportare aut dare transferendas alicui, sine speciali summi pontificis seu nostra licentia scripto obtenta praesumat, gravissime inter-

dicimus; quibus id permittentibus, donationis huius authenticae simul dentur literae, et in indice reliquiarum ecclesiae eadem donatio cum sufficiente reliquiarum donatarum, nec non personae dantis et accipientis ac temporis expressione annotetur.

[Decret. synod. Max. Henr. p. 45. 46. 47.]

Nr. 208. Approbation der Reliquien.

Köln den 27. Mai 1855.

Um die Echtheit heiliger Reliquien kirchengesetzlich feststellen und demnach auch die öffentliche Aussetzung derselben zur Verehrung gestatten zu können, müssen dieselben nicht bloß vorschriftsmäßig verschlossen und versiegelt, sondern auch mit einer die Beschreibung des Reliquienbehälters, des Siegels u. s. w. enthaltenden authentischen Urkunde versehen sein. Wenn das Eine oder Andre fehlt, so kann die Echtheit nicht hergestellt und amtlich beglaubigt und deshalb auch die öffentliche Verehrung nicht zugelassen werden. Ausnahmen machen die in den Kirchen vorfindlichen hh. Reliquien, welche seit unvordenklichen Zeiten in denselben dieser öffentlichen Verehrung sich erfreut und deren Echtheit traditionell in denselben anerkannt ist. Wir bringen diesen Umstand in Erinnerung, weil zuweilen hh. Reliquien zur Bestätigung, und um die Erlaubniß einer öffentlichen Aussetzung zu erhalten, hierher eingesendet werden, ohne daß die Authentie weder auf die eine oder andre Weise hergestellt werden kann. Es spricht aus der Natur der Sache, daß solche Reliquien, welche der Authentie ermangeln und sich entweder im Privatbesitze befinden oder, wenn auch im Besitze einer Kirche, doch bisher der öffentlichen Verehrung nicht gewidmet waren, eine amtliche Beglaubigung nicht erhalten können. Die Einsendung solcher Reliquien zur diesseitigen Beglaubigung würde demnach zwecklos sein. Es können dieselben jedoch, wo es bisher herkömmlich war, zur Ausschmückung oder Ausstattung des Altars gebraucht werden, jedenfalls aber sind sie an einem geeigneten Orte und in anständiger Weise aufzubewahren.

Das Erzbischöfliche General-Vikariat.

Nr. 209. De expositione ss. reliquiarum.

Coloniae die 27. Ianuarii 1860.

a) Quae in sacris reliquiis exponendis rite sint observanda, sequentia S. R. C. decreta parochis ceterisque sacerdotibus ostendunt, atque ut sedulo et pie serventur, hisce monemus.

1) In causa congregationis Montis Coronae (Gardellini no. 3575) nonum motum est dubium his conceptum terminis: *An ante sacras reliquias expositas unica solum lampas continuo ardere debeat?*

Ad quod dubium S. R. C. die 22. Ianuarii 1701 respondit: *Omnino debere, et super altare saltem ardeant duo lumina, alias reliquiae non exponantur.*

2) In Aquen. (Gardellini no. 4119) dubium quintum hoc est: *Suntne salutandae reliquiae expositae in altari, in quo et ipsum sacramentum expositum est?*

Ad quod S. R. C. 2. Septembris 1741 respondit: *Sanctorum reliquiae non sunt collocandae super altare, in quo reipsa sanctissimum sacramentum publicae venerationi est expositum.*

3) In decreto generali (Gardellini no. 4578) sextum diremptum est dubium his propositum verbis: *An toleranda vel eliminanda sit consuetudo, quae in dies invalescit, superimponendi sanctorum reliquias pictasque*

imagines tabernaculo, in quo augustissimum sacramentum asservatur, ita ut idem tabernaculum pro basi inserviat?

Ad quam quaestionem seu dubium S. R. C. die 31. Martii 1821 respondit: *Assertam consuetudinem tamquam abusum eliminandam omnino esse.*

Hic notandum censemus, generale istud decretum, ex quo sextum excerptum est dubium, a Sanctitate sua Pio VII. die 3. Aprilis 1821 approbatum ac confirmatum esse.

4) In Tridentina (Gardellini no. 4777 ad 1) motum est dubium: *Cum iuxta decretum S. R. C. pridie Kalendas Aprilis 1821 eliminanda sit consuetudo apponendi sanctorum reliquias pictasque imagines super tabernaculo, in quo sanctissimum eucharistiae sacramentum asservatur, adeo, ut ipsum tabernaculum inserviat pro basi, quaeritur, an hoc decretum valeat etiam pro reliquiis sanctissimae crucis vel alterius instrumenti dominicae passionis publicae venerationi expositi?*

Ad quam quaestionem S. R. C. die 12. Martii 1836 respondit: *Affirmative.*

5) In sancti Angeli in Vado (Gardellini no. 5033) dubium propositum est dirimendum: *Legis latae per generale decretum editum 31. mense Martio anni 1821 bene conscius R. D. Paulus Antonius Marchi, canonicus cathedralis sancti Angeli in Vado, qua interdicitur apponi vel imagines vel reliquias sanctorum super tabernaculum, ubi reconditur sanctissimum eucharistiae sacramentum, sacrorum rituum congregationi humillime supplicavit, ut saltem ante eiusdem tabernaculi ostiolum collocari possit alicuius sancti reliquia die, qua eiusdem festum recolitur, maxime cum vigeat super hoc ipso immemorabilis consuetudo.*

Ad quam supplicationem resolutum est: Et sacra eadem congregatio, hac die ordinariis in comitiis ad Quirinales aedes coadunata, ad relationem mei, subscripti secretarii, omnibus attente consideratis ac praesertim decreto in una congregationis Montis Coronae edito 22. mense Ianuario anno 1701, ad dubium X., quo prohibetur collocare et retinere vel vas florum vel quid simile ante praedictum ostiolum tabernaculi, rescribendum censuit: *Non licere, et assertam consuetudinem tamquam abusum eliminandam.* Atque ita rescripsit ac servari mandavit. Die 6. Septembris 1845.

6) In Briocen. (Gardellini no. 5208 ad 18) dubium duodevicesimum hoc erat: *Utrum thecae deauratae sanctorum reliquiis addictae ad altaris ornamentum inter candelabra collocatae, et apertae singulis diebus, sine lumine sic permanere possint?*

Ad quam quaestionem S. R. C. 12. Augusti 1854 respondit: *Ante sacra lipsana exposita saltem duo lumina ex decretis collucere debere.*

Vic. arch. in spir. gen.

Köln den 27. November 1873.

b) Nach wiederholten Entscheidungen der Rituskongregation ist es nicht zulässig, auf dem Altare, worauf das Allerheiligste ausgestellt ist, Reliquien von Heiligen aufzustellen, sowie dieselben auch bei theophorischen Prozessionen nicht getragen werden sollen. S. R. C. de 2. Septembris 1741 no. 3970; 19. Maii 1838 no. 4685; cf. conc. provinc. Colon. anni 1860 p. 100.

Da in einigen Kirchen der Erzdiözese diese Vorschriften seither nicht berücksichtigt worden sind, so bringen wir dieselben hierdurch den sämmtlichen Herren Pfarrern und Rektoren in Erinnerung und erwarten, daß spätestens von dem

Beginn des bevorstehenden neuen Jahres an solche überall pünktlich werden beobachtet werden.

Wir bemerken zugleich, daß es der erhabenen Würde des Tabernakels, als der Wohnung des Allerheiligsten, durchaus nicht entspricht, wenn dasselbe als Unterlage oder Fußgestell für andre Dinge benutzt wird. Auf dem Tabernakel sollen weder Bilder noch Statuen oder Reliquien von Heiligen, noch auch Leuchter oder Behälter von Blumen, Stauden oder Bäumen aufgestellt werden. Nur ein Kruzifix oder ein andres Bild des göttlichen Heilandes soll dort seine Stelle finden. Indem wir auch hierauf die Herren Pfarrer und Rektoren aufmerksam machen, verordnen wir zugleich, daß diese Vorschrift, soweit es die zur Zeit bestehende Einrichtung eines jeden Tabernakels gestattet, überall beobachtet, ganz besonders aber bei neuen Anschaffungen und Einrichtungen pünktlich berücksichtigt werden soll.

Das Erzbischöfliche General-Vikariat.

Nr. 210. Lebensbeschreibung der Diözesanheiligen.

Köln den 30. August 1868.

Auf Unsern Visitationsreisen haben Wir an verschiedenen Orten Grabstätten und andre Denkmäler oder Traditionen von Heiligen oder Seligen gefunden, welche in der Erzdiözese gelebt, gewirkt, den Tod erlitten oder ihre Ruhestätte gefunden haben. Da, so viel Uns bekannt geworden, eine Zusammenstellung der vorhandenen Nachrichten über das Leben und Wirken solcher unsrer Erzdiözese angehörigen Heiligen und Seligen bis jetzt noch fehlt, eine solche aber, wenn sie billiger Erwartung entspricht, für den Klerus sowohl, als für alle Gläubigen der Erzdiözese von hohem Interesse und großem Nutzen sein würde, so ersuchen Wir die hochwürdige Geistlichkeit der Erzdiözese, Uns die ihnen zu Gebote stehenden bzw. zugänglichen Nachrichten über das Leben, Wirken, Lebensende und die Reliquien solcher Ortsheiligen oder Ortsseligen, sowie die vorhandenen Urkunden oder sonstigen Beweisstücke und Denkmäler in getreuer Abschrift oder Beschreibung einsenden oder, falls solche bereits veröffentlicht worden sind, berichten zu wollen, wo sie zu finden sind, damit Wir dadurch in den Stand gesetzt werden, durch einen geeigneten Schriftsteller eine vita sanctorum et beatorum archidioeceseos Coloniensis bearbeiten zu lassen, wie es in Unsrer Absicht liegt.

† Paulus, Erzbischof von Köln.

Nr. 211. Verehrung und bildliche Darstellung der seligsten Jungfrau Maria.

Im Jahre 1863 erschien zu Neapel eine Schrift mit dem Titel: „Das reinste und jungfräuliche Blut der großen heiligsten Gottesmutter Maria" (Del sangue purissimo e virginale della gran madre di Dio Maria ss.) und im vorigen Jahre zu Perugia eine solche, betitelt: „Das heilige Blut Mariens" (Del sangue sacratissimo di Maria), letztere zu dem ausdrücklichen Zwecke, die Einführung eines eigenen Festes dadurch vorzubereiten. Es ist kein Zweifel, daß die Verfasser von der besten Absicht erfüllt waren und geleitet wurden. Allein der h. Stuhl nahm auf diese keine Rücksicht, sondern verurtheilte unterm 13. Januar 1875 beide Schriften. Der h. Vater aber beauftragte die Kongregation noch eigens, vor Abfassung ähnlicher Schriften und Verbreitung ähnlicher Ueberschwänglichkeiten auf das nachdrücklichste zu warnen. „Mandavit praeterea Sanctitas sua, per huiusmodi promulgationem monendos esse alios etiam scriptores, qui ingenia sua acuunt super iis aliisque id genus argumentis, quae novitatem sapiunt ac sub pietatis specie insuetos cultus titulos etiam per ephemerides promovere student, ut ab eorum proposito desistant ac perpendant periculum, quod subest, pertrahendi fideles in

errorem etiam circa fidei dogmata, et ansam praebendi religionis osoribus ad detrahendum puritati doctrinae catholicae ac verae pietati." (Decret. d. d. 28. Ian. 1875.)

Der Bischof von Przémysl wendete sich in jüngster Zeit nach Rom mit der Bitte um Ausdehnung von Ablässen auf eine Marianische Bruderschaft; dabei bemerkte er, daß die Uebersetzung des französischen: Notre-Dame de Sacré-Coeur mit Mutter des Herzens Jesu (mater cordis Iesu) mehr entspreche, als die Uebersetzung mit Königin des Herzens Jesu (regina cordis Iesu), welche irrig und sogar gefährlich sei.

Die römische Kongregation billigte nicht bloß die Darlegung des Bischofs, sondern belobte ihn auch noch wegen seiner Sorgfalt für die Reinerhaltung der kirchlichen Lehre, indem sie hervorhob, daß, wenn auch gewiß Maria bei ihrem göttlichen Sohne sehr viel vermag, dennoch nicht behauptet werden kann, daß sie über ihn eine Gewalt ausübe. Aus dem betreffenden Dekrete erfahren wir zugleich, daß jene Statuen und Bilder, welche die seligste Jungfrau mit dem Jesukinde vor ihr stehend darstellen, von dem h. Stuhle nicht approbiert werden. Die richtige Darstellung der seligsten Jungfrau sei jene, in der sie das göttliche Kind auf dem Arme trägt.

Das von dem Cardinal Patrizi unterzeichnete und vom 28. Februar 1875 datirte Schreiben an den Bischof von Przémysl lautet:

Illme ac Rme Dne uti frater.

Supplici libello per nuntium apostolicum Vindobonensem SSmo Dno Nostro Pio Papae IX. oblato ac commendato exponebat amplitudo tua, in ista dioecesi Premisliensi latinorum, sicuti in tota Polonia vigere ac florescere devotionem erga beatissimam virginem incarnati verbi matrem immaculatam, piaque sodalitia in eius honorem approbata frequenter fuisse inducta, quae inter recentissime erectum illud sic dictum: Notre-Dame de Sacré-Coeur a sede apostolica indulgentiarum favoribus ditatum plurimos inibi numerare asseclas. Addebat insuper, ipsum cum gaudio accepisse mox factam versionem gallicae invocationis, quae genio linguae polonicae quam maxime respondens sonat idem ac mater cordis Iesu, adnotans per eam optime occurri erroneae ac periculosae quorumdam versioni in idem idioma, quae invocationi regina cordis Iesu responderet. Quibus praeiactis rogat eadem amplitudo tua, ut genuinae ac pietati congruae versioni seu invocationi polonica lingua ut supra expressae indulgentiae gallicae invocationi Notre-Dame de Sacré-Coeur iam concessae et in posterum concedendae applicari valeant.

Porro Emi patres cardinales una mecum inquisitores generales, quibus rei cognitio a SSmo Dno Nostro commissa est, haud potuerunt quin ex huiusmodi expositione deprehenderent ac laudarent zelum et studium amplitudinis tuae in protegenda fidei puritate, quae identidem praesertim hisce diebus a viris, utut piis, sed nimio forsan novitatis amore abreptis, incaute posthaberi videtur, haud perpendentes periculum, ne doctrinis variis ac peregrinis rudium saltem fidelium mentes a recto pietatis ac devotionis sensu facile abducantur. Cui sane ut occurreret, alias iam suprema haec s. congregatio, ipso auctorante pontifice reprehendendos ac monendos censuit eos, qui memorati sodalitii titulum explicare adlaborabant, ecclesiae traditioni, rectoque catholico sensui haud plene cohaerentes praedicatum potentiae B. M. virginis ex eius divina maternitate emanans plus aequo extollebant et novum ita magnificabant titulum, quasi novus celsitudinis ac gloriae cumulus hactenus ignotus virgini ex eo accesserit, et quasi in eius sublimis dignitatis notione, qualem hu-

cusque iuxta ss. patrum doctrinam tenuit Ecclesia, aliquid desideraretur; haud considerantes, quod quamvis plurimum ipsa apud filium valeat, attamen pie asseri nequit, quod imperium super eodem exerceat. Hoc sane sensu apostolica sedes titulum Notre-Dame de Sacré-Coeur haud improbandum censuit, eo quod christifideles hac formula eam invocant uti eorum Dominam. Huc quoque se refert decretum iam editum, quo instantibus probari titulum verbis polonis redditum, quae significabant: Regina cordis Iesu, praescriptum fuit, servandam esse invocationem gallicam: Notre-Dame de Sacré-Coeur, sub quocumque idiomate. Huc demum subsequens pontificis mandatum, ut simulacra seu picturae cultui dicandae reprensentare debeant virginem, puerum Iesum non ante genua, sed ulna gestantem. Quae quidem innuisse iuverit, ut plene perspiciatur sedis apostolicae sollicitudo ac vigilantia, ne dum in damnandis ac proscribendis erroribus, qui palam catholicis veritatibus opponuntur, sed et in reprobandis commentis ac sententiis, quae de hoc aliisque id genus argumentis prodeuntes, doctrinae puritatem obumbrare vel leviter videantur.

Caeterum tuae petitionis obiectum quod attinet, scias, nihil impedimento esse, quominus sodalitium isthinc erectum eiusdem indulgentiarum thesauri particeps fiat, quo principale Issoduni ditatum fuit, dummodo tamen sensus tituli seu invocationis polonico idiomate vertendae significationi tituli gallici: Notre-Dame de Sacré-Coeur, fideliter respondeat. Haec ex amplissimi ordinis mente plene a SSmo Dno Nro probata amplitudini tuae rescribenda lubenter habui. Ad me quod attinet impensos animi mei sensus testatos tibi volo, dum fausta omnia ac felicia a Domino precor.

Romae die 28. Februarii 1875. C. Card. Patrizi.

Fünfzehnter Abschnitt. Kirchenmusik.

Nr. 212. Abstellung kirchenmusikalischer Mißbräuche.

Köln den 10. August 1854.

Unter den manchfachen Mitteln zur Verherrlichung des Gottesdienstes hat die Tonkunst stets eine ausgezeichnete Stelle eingenommen. Zuerst von allen Künsten trat sie in den Dienst unsrer h. Kirche und ward von ihr von jeher mit aller Sorgfalt und Liebe gepflegt. Mehr indeß, als jede andre Kunst, der Gefahr des Mißbrauchs und der Ausartung ausgesetzt, war sie auch stets eine gefährliche Klippe für den dem christlichen Kultus gebührenden heiligen Ernst und für die wahre Andacht.

Die Tonkunst darf in der Kirche von ihren Formen und Weisen nur diejenigen zur Anwendung bringen, welche dem erhabenen Ziel des christlichen Kultus, Herz und Gemüth hinauf zu Gott zu führen, entsprechen und dasselbe unterstützen.

Von dieser hohen Bestimmung der Tonkunst ist in der neuern Zeit die kirchliche Figuralmusik fast allgemein abgewichen. Wenn auch gegenwärtig die alte, echt christliche Musik wieder die verdiente Würdigung zu finden anfängt, und eine Umkehr zum Bessern gerade bei den ausgezeichnetsten Tonkünstlern sichtbar wird, so sind doch die meisten Erzeugnisse der neuern Kirchenmusik sowohl durch die Art ihrer Auffassung, als auch durch die dabei zur Anwendung kommenden Kunstmittel mehr geeignet, eine angenehme künstlerische Unterhaltung zu gewähren und